



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Familia inferiori. Cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

reddi faciat; ut vel ipsdem, si ita expedire vissum fuerit, vel alijs, qui indigent, eadem ut supra constituta ratione accommodet.
Indicem vnum, vel alterum librorum prohibitorum apud se habeat; vtque nullus eiusmodi liber in bibliotheca sit, diligenter videat; tum si quem forte in ea compererit, emendandum ijs statim denunciet, penes quos corrigendi facultatem esse sciēt.

De Familia inferiori. Cap. X.

Quodam mane inferior familia statim, ac surrexerit, in templum ad Missam conueniat, nisi forte quis necessaria officij occupatione per id tempus impediatur.

Diebus festis post prandium praestol erunt omnes ad Doctrinę Christianę expositionem atque tractationem, hora quevis prescribetur a Confessario.

Prima cuiuslibet Mensis Dominica die, & solennioribus totius anni festis diebus Sacrosanctum Christi Domini corpus sumant; Die autem Sabbati, aut sexta feria, prout a Confessario prescribetur, que primam cuiuscunq; Mensis Dominicam diem antecedit, in Vigiliis item solennium dierum, eidem Confessario peccata sua confiteantur; à quo etiam praestol confessionis Chirographum Ministro exhibendum accipiunt.

Quod ad vicuum attinet, ipsdem regulis teneantur, quibus, & clericis.

Domo non exeat sine Rectoris, & eo absente sine Ministri licetia; domoque exentes nihil secum asportent, neque item in Seminarium importent, inservientem Rectore, vel Ministro: cum item exhibent, aut redibunt, eorum alteri se presentent.

Prater ea, que signatim unicusque ex officio incumbunt, illa omnia praestabunt, que a Rectori, vel Ministro iniungentur; Cauent autem, ne tempus inutiliter consumant.

Decoro, ac modesto vestitu semper videntur, & nigri, aut suboscuri coloris; neque in Seminarium recipientur, priusquam ad prescriptam normam induiti

fint, deq; habitu, moribus, &estate à Reatore probationem obtinuerint.

Famuli, nec arma tractare, aut apud se habere, nec chartis lutorijs, aut talis, aut alio eiusmodi indecoro ludi genere ludere audeant. Vitent pariter sermones dissolutiones, libros scurriles, & impuros, profanae cantiones, & alia id genus.

Omnis ad secundam mensam conueniant, & ad ea, que de suggestu pronuntiantur, attenti, modestiam, ac silentis accurate seruent.

Nihil proorsus aliqui extra Seminarium concedant, quod ad rem familiaris, & ad cibum, vel potum attinet, etiam si minimum sit, non obtenta venia à Reatore.

Ne cum clericis familiaritatem ineant; eos tamen vbi cunq; omniq; tempore debito prosequantur honore. Nihil illis sub quo quis praetextu dent, vel ab eis recipiant: qui secus fecerint, graui pena arbitrio Rectoris multentur.

Si in aliqua re desuerint, aut Seminarij regulas violarint, eiusdem Rectoris, aut Ministri arbitrio puniantur; contubescens, tum aliqua mercedis pars subtrahetur, tum iisdem etiam si opus fuerit, eiiciantur.

P A R S T E R T I A

Quæ ad Clericos Seminarij pertinent.

De Scopo Clericorum Seminarij.

Cap. I.

Adolescentes, qui singulari Dei beneficio sunt delecti, ut in Seminario instituantur, id potissimum intelligere debent, cuius gratia Concilii Tridentini decreto Seminaria instituta sint; & intelligentes, sepius animo repete-re, omnesq; neruos intendere, ut illud diuina ope suffragante, ad animarum salutem, ad Ecclesiarum utilitatem, & Pastorum solatium consequantur.

Quod si qui propter improbitatem, aut negligentiam, illud minus obtinebunt, aut quia sua ipsi sponte ab instituto Clericalis vita recedat, aut suo vitio à Seminario expellantur, vel Episcopo